

In aureo illo libello *Lume a' voti dall' esempio de' Morti*, habetur: Ven. Moniali Franciscæ à Sanctissimo Sacramento in frequentibus illis apparitionibus animas Purgatorii solitas fuisse petere inter cætera suffragia subsidium Eleemosynarum in pauperes, & jure quidem: nam *Ignem ardentem extinguit aqua*, & Eleemosyna restitit peccatis. *Ecol. 3. 33.* Quare uniusquisque satagat propria debita, quæ pro peccatis tenentur Divinæ Justitiæ, subveniendò pauperibus, & in piis usibus expendendò pecunias, extinguerè, & faciat id, quod susceperat Daniel Nabuchodonosori Regi: *Peccata tua Eleemosynis redime; & iniquitates tuas misericordias pauperum.* Dan. cap. 4. Vers. 24.

Concludat hanc exhortationem relatio de Sancta Ida Virgine Hybernensi, quæ vixit in sexto seculo, & quam ponit Hieronymus à Basilica Petri in suis *Ephemerid.* Sacris die 15. Januarii. n. 10. p. 369. his verbis: *Essendo morto un Zio d' Ida, che aveva lasciati otto figliuoli, avendoli mandati à chiamare la Santa, disse loro: piangiamo il vostro Padre, e mio Zio morto, si perchè non lo vedremo più in questo paese, come anco perchè si trova in gravissime, & atrocissime pene per soddisfare alla Giustizia divina, e purgare l'anima da peccati commessi, e procuriamo d'ajutarlo ad uscire da quelle. Io ho desiderato parlarvi, attesochè se farete quel che vi dirò, spero, che presto lo troveremo dalle fiamme purganti. Promettendo essi di fare qualunque cosa loro avesse comandato, disse ella: Ciascum di Voi dia per quest'anno ogni giorno in limosina pane, vino, carne, e caseio; e poi ritornare da me, che vi saprò dire, se farà di bisogno seguitare ancora. Passato il primo anno essendo egli ritornato, disse loro la Santa: Vostro Padre con le vostre limosine, con le mie orazioni, e con i suoi propri patimenti, ha soddisfatto in buona parte i debiti, che teneva a Dio; però sia ancora nelle pene, ond'è bene, che seguitate per questo secondo anno a fare le opere di Misericordia, & di Religione, e poi venite, che saprò dire come starà. Tanto avendo quei giovini fatto, ritornarono la seconda volta ad Ida, la quale così disse: Vi do buone novelle, però non ottime, nè per l'intero buone, Vostro Padre, e mio Zio, sia fuori delle pene, ma perchè in vita sua non diede un vestito ad un povero, però si trova nudo, e non può comparire alla presenza di Dio, sicchè fate così, in questo terzo anno vestite Voi per lui dei poveri; supplite al mancamento di carità da lui commesso, e poi ritornate a me. Finalmente disse a' suoi Nipoti: La Misericordia di Dio, le vostre Limosine, e le mie Orazioni hanno aperto le porte del Paradiso, ed intromesso nella gloria vostro Padre. Sicchè figli dilettissimi imparate, quel che dovete fare in questa vita, per non avere a patire nell'altra; e non aver bisogno dell'ajuto altrui, del quale non possiamo assicurarci, che siano per darcelo, ancorchè lo ordiniamo ad altri. Hæc omnia aiebat S. Ida nepotibus, & eadem Parochi suis plebibus poterunt annunciare, ut satagant in hac vita Eleemosynis luere penas pro propriis peccatis debitas.*

DECISIO XI.

ARGUMENTUM.

Agitur de præcepto Virtutis Poenitentiae; & disputatur: Quando vi hujus præcepti teneatur, qui peccavit, penitere? An tantum in articulo, vel periculo mortis? An verò statim post commissum peccatum? Vel quanto tempore post? An quandocumque peccata menti occurrunt, sive nondum dimissa, sive etiam jam expiata?

Speculativæ opiniones practicas exemplis comprobantur.

S U M M A R I U M.

- 1 Poenitentiae virtutis Præceptum quo tempore obliget?
- 2 Mortis in articulo quilibet de præcepto tenetur penitere.
- 3 Poenitentiam an statim post commissum peccatum?
- 4 Poenitentia quanto tempore differenda?
- 5 Recordatio culparum an obliget statim de eis penitere?
- 6 Quid de culpis alias confessis, & dimissis?
- 7 S. Petrus Apostolus jugiter dolebat de sua negatione Christi.
- 8 Exemplum suggestionis diabolicæ in articulo mortis.

ANTEquam transeamus de Poenitentia tanquam Virtute ad Poenitentiam, quæ est Sacramentum, breviter est examinanda celestis illa Quæstio, circa quam torquentur ingenia Scholasticorum, ac Moralistarum; videlicet: *Quando necessitas Poenitentiae urget, & præceptum contritionis obliget?* aut clarior, quod tamen idem est, *Pro quo tempore obliget Præceptum Poenitentiae Virtutis?* quam quidem quæstionem examinat Moralitas, quæ allegat Diana *part. 5. traç. 13. resol. 33.* & Iulius *part. 1. traç. 8. resol. 51.* Quæ repetitæ sunt in ejus *Coordinato Opere tom. 1. traç. 3. resol. 85.* & 86. & alii plures Neoterici ex Carmelitis, enunciati per Collegium Salmanticense *tom. 11. De Sacramentis traç. 6. cap. 1. num. 46.* Ex Scholasticis autem inter modernos Emin. Card. de Lugo *cod. traç. art. 14. art. 7.* doctissimus Maffrius *in 4. sent. disp. 5. à n. 201.* & segg. Et in sua Theologia Morali *disp. 21. à n. 62.* & segg. præter antiquos Theologos, ac Summas à prædictis auctoribus citatos.

Cæterum pro intelligentia quæstionis advertunt omnes, eam proponi non de Sacramento Poenitentiae, circa quod Ecclesia determinavit, eam obligare semel in anno, neque hanc quæstionem examinari respectu extraneorum accidentium; sed de obligatione per se, & ab intrinseco, ratione virtutis Poenitentiae; certum est enim per accidens, & respectu alterius obligare aliquando, ut si quis confessus peccati mortalis debeat suscipere aliquod Sacramentum de iis, quæ appellantur vivorum, vel ex officio teneatur Sacramenta administrare; tunc enim si deficiat Confessarius, tenetur penitere, & actum contritionis elicere, ob virtutem Religionis, quæ vetat suscipere, vel ministrare Sacramenta in mortali. Itaque Quæstio præsens est, quando, & quo tempore Virtus poenitentiae; (quæ consistit in perfecta contritione cordis, ut probatum est supra *Decif. I.*) obliget peccatorem ad dolendum de peccato, dolore quidem perfecto, qui dicitur Contritio, & quidem ex intrinseca obligatione, & ex præcepto Virtutis Poenitentiae? Circa quam venient discutendi sequentes articuli.

Primò, An hoc præceptum Poenitentiae obliget in articulo mortis? vel morali ejusdem mortis periculo?

Secundò, An etiam in vita statim post commissam culpam?

Tertio, Si non statim; quanto tempore post culpam commissam?

Quarto, An quandocumque peccata commissa, & nondum dimissa menti occurrunt, & de eis contingit cogitare?

Quinto, An etiam quandocumque veniunt in mentem peccata aliàs commissa, sed dimissa?

Quo

- 2 Quo ad Primum: Procedendum est cum distinctione. Vel non reperitur Confessarius, cui confiteri possit peccata sua illa, qui est in articulo, vel in periculo mortis; Et in hoc casuum scribentes condiciter tenent obligat esse adimplere præceptum Poenitentiae, eliciendo scilicet actum doloris, & veræ Contritionis pro omnibus suis peccatis. Ratio est manifesta, quia si tunc non fiat Poenitentia, non superest aliud tempus, quo fiat; non enim datur locus poenitentiae salutaris in alia vita. Ita Eminentiſſ. Cardin. de Lauræa *d. disp. 14. num. 139.* & segg. & Maffrius *d. disp. 5. num. 201.* Aut adeſt Confessarius, qui ejus Confessionem audiat, & absolvat; & in hoc casu discordes sunt Doctores, alii etenim volunt, adhuc expleta confessione, & recepta absolutione teneri elicere actum Contritionis, & dolere iterum de peccatis, ex lege charitatis Dei, cui in illo articulo homo curare debet se conjungere per actum dilectionis Divinæ, quæ requirit perfectam Contritionem offensarum præteritarum; & ex qua magis providet homo salutem aeternam sui ipsius, ut latius Suarez in 3. *part. d. Thomæ tom. 4. disp. 15. sect. 4. à num. 17.* & segg. Valentia *tom. 4. disp. 7. quest. 8. punct. 4.* Sanchez *tom. 1. in Decalog. lib. 1. cap. 1. num. 34.* & alii apud Collegium Salmanticense. *d. tom. 11. de Sacramentis traç. 6. cap. 1. n. 35.* Contrarium tamen magis probabiliter docent Moraliste, quos citat, & sequitur Eminentiſſ. Cardin. de Lugo de Poenitentia *disp. 7. num. 263.* & idem Collegium Salmanticense. *d. cap. 1. n. 39.* Plurimi apud Dianam *Coordinatum cit. tom. 1. traç. 3. resol. 85. num. 7.* ubi reddit hanc rationem, quia tota obligatio præcepti Contritionis oritur ex necessitate justificationis; ergo cessat, cum jam peccator sit justificatus per Confessionem Sacramentalem in eodem articulo, vel periculo mortis factam, etſi cum sola attritione, quia virtute Sacramenti est attritus factus est contritus, & in eadem confessione virtualiter intelligitur actus dilectionis Dei.

3. Quo ad secundum articulum: An peccator extra articulum, vel articulum mortis teneatur statim post commissam culpam penitere? Non pauci DD. affirmant ob sequentes rationes. 1. Quia sicut non licet committere peccatum, ita non est licitum manere in illo. 2. Quia sicut statim corpori ægrotanti queritur remedium, ita & animæ. 3. Quia sicut proximo erranti tenetur per correctionem fratrem subvenire sine dilatione, ita & nobis ipsis. 4. Quia, qui offendit proximum, debet eidem statim satisfacere. Ergo eo magis Deo. 5. Quia nolle statim converti, denotat velle perseverare in peccato, quod est intrinsece malum; & 6. Quia id habetur in Sacra Scriptura, & præceptum *Ecol. 5. 8. Nontardes converti ad Dominum.* & non differas de die in diem. Et Apostolus *ad Rom. 2. 5. Tu autem secundum duritiam tuam, & impenitentem cor tuum thesaurizas tibi iram in die ire.* His tamen non obstantibus contraria opinio communis est tam Scholasticorum, quam Moralistarum; hi enim omnes tenent, nullam esse obligationem penitendi statim post commissam culpam; & duæ sunt præcipuæ rationes; Una, quod nullibi reperitur in Scriptura Sacra, in jundum esse peccantibus, absque mora, & immediate à peccato surgere. Altera, quod si talis esset obligatio, sequeretur, quod peccatores quolibet momento peccarent novo peccato impenitentiae, & toties deberent illud in Confessione explicare; quod non est in usu Ecclesiae, nec unquam ab aliquo Concilio id fuit traditum. Ita Eminentiſſ. Cardin. de Lauræa *d. disp. 14. de Poenitentia à num. 146.* & segg. Maffrius *d. disp. 5. num. 202.* Gobat *traç. 6. num. 131. Exper. Theol. & Collegium Salmanticense, plurimos ex Neotericis allegans d. tom. 11. traç. 6. cap. 1. num. 46.* Concordari possunt hæc opiniones, ut secunda vera sit de rigore præcepti (quod utique De Sacramento Poenitentiae.

non extat) statim, & nulla interposita mora referendi à peccato; prima vero locum habeat de congruo, & ex consilio; semper enim horandi, & monendi sunt peccatores, ne differant suam conversionem ex illis importantibus motivis, de quibus præ, ac doctè differit P. Paulus Sæpnerius in *Christiano Instru. part. 3. Sermon. 1. per totum.* Ad rationes autem contrarias uno verbo respondetur, eas vim habere tempore, ac loco opportunis; non autem statim, & absque ulla dilatione circa, quam veniebat præfens articulus.

Quo ad Tertium: Cùm non teneatur peccator ex præcepto statim poenitentiam agere, si querimus quanto tempore licite possit illam differre? Diana *in cit. part. 5. traç. 13. resol. 13.* quæ in Coordinato est *d. tom. 1. traç. 3. resol. 85.* refert circa hanc dilationem quatuor opiniones. Unam Marfilii, Vi-guerii, & Petri Soto aientium peccatorem teneri præcepto ipsius contritionis in diebus festis. Alteram Adriani, & aliorum asserentium obligari peccatores ad poenitentiam, quando magna aliqua calamitas imminet populo. Aliam Dominici Probudentis obligationem poenitendi, quando est probabile periculum oblivionis peccatorum; & Aliam Suarezii, Coninchii, & Ochogavia concedentium dilationem, ita tamen, ut non expectetur tempus mortis. Ipse vero Diana cum aliis, quos cumulat, Doctoribus, nullum tempus poenitendi ex præcepto agnoscit ad virtutem Poenitentiae, nisi in articulo, vel periculo mortis. Hanc Dianæ, & Comitum opinionem confutant plurimi relati à Collegio Salmanticense. *d. traç. 6. cap. 1. num. 52.* & segg. ubi extendit *num. 55.* alios, DD. extendunt hanc obligationem ad triennium, alios ad quadriennium, & alios usque ad quinque annos. Porro Eminentiſſ. Cardin. de Lugo de Poenitent. *disp. 7. num. 240.* & cum eo Maffrius *d. disp. 5. num. 206.* inuocant videntur, dilationem poenitentiae esse arbitrandam juxta circumstantias, & qualitates peccatorum; prout fieri solet in aliis materiis jejuniis, furi, & dilationis votorum; itaut minus tempus concedendum sit Religiosis, vel uxoratis, quam Laicis, vel personis liberis, & sic de aliis. Eminentiſſ. Card. de Lauræa *cit. disp. 14. num. 131.* & segg. firmat posse à peccatore differri poenitentiam usque ad tempus in quo tenetur elicere actum dilectionis Dei super omnia; nam amor Dei super omnia includit vel formaliter vel virtualiter deestimationem omnium peccatorum, quæ deestatio cum dolore cordis est actus veræ Poenitentiae. Has omnes tantorum Magistrorum opiniones, fas est, ut venerimus. Cæterum, ut concretius aliquid in hæc, potius videtur affirmare, id quod innuit idem Maffrius *d. num. 206. in fine;* & in quod inclinat Sapientissimum Collegium Salmanticense, ubi proxime *num. 55.* videlicet, postea à peccatore differri obligationem poenitendi usque ad tempus ab Ecclesia præscriptum pro annua Confessione, licet enim aliud sit præceptum poenitendi de peccatis commissis, quod est naturale Divinum, & aliud consistens peccata annuatim in Paschate Resurrectionis Domini, quod est quod ad hoc tempus Ecclesiasticum; nihilominus cessante articulo, vel morali periculo mortis, aliove extraordinario gravi motivo, rationabiliter determinari potest dilatio ad poenitentiam usque ad festa Paschalia; tunc enim si adeſt Confessarius, per adualem, ac Sacramentalem Confessionem delictorum peccator satisfacit utrique præcepto, scilicet Divino, & Ecclesiastico; quod si non possit habere copiam Confessarii, tenetur de præcepto per contritionem penitere, & dolere de peccatis commissis; quod si non agat, peccet novo peccato contra præceptum Poenitentiae; prout duplici peccato se noviter conquinat, si adit Confessarius, & tamen omittat elicere actum contritionis, vel

C

vel

vel facere adualem, Sacramentalemque suorum peccatorum Confessionem.

Quo ad Quartum : Circa alium articulum : An sit penitendum, & actum contritionis elicendum toties quoties peccata commissa, nondumque dimissa menti occurrunt, & de eis contingit cogitare? Duplex est sententia Theologorum. Prima negat. 1. Quia præceptum penitendi est affirmativum; ergo non obligat semper, & ad semper, quando est cogitatio de peccatis commissis. 2. Quia aliâ esset obligatio penitendi statim post commissum peccatum; quod supra refutavimus. 3. Quia non minus obligat præceptum diligendi Deum, quam præceptum penitendi. At non tenetur semper elicere actum dilectionis, quando recordamur de Deo. 4. Quia in peccaminosis cogitationibus satis est se divertere, absque obligatione eas actualiter detestandi. Et 5. Quia esset imponere nimium omni fidelibus; & præcis docet, nullum de hac omissione se accusare. Altera sententia affirmat; quia qui cogitat de peccato commissio vel delectatur, & ecce adus penitentiæ; in moralibus enim aut unum, aut alterum rationis dictamen docet, ut amplectatur. 2. Quia homo quoties cogitat de summo bono, tenetur illud amare. Ergo cogitans de peccato, tenetur ipsum odisse. 3. Quia nullum videtur tempus opportunum odendi peccatum, quam dum venit in memoriam. 4. Quia naturale principium est, amare bonum, & habere displicentiam de malo; & tunc obligat, quando habetur cognitio, vel de uno, vel de altero: qui autem cogitat de peccato commissio vel delectatur, & sic tenetur illud detestari. Ita Eminentiss. Card. de Lauræa d. disp. 14. de Pœnitentiâ art. 7. à numer. 154. & seqq. dicens, hanc esse opinionem Scoti, quod affirmat etiam Magistrus in 4. d. disput. 5. num. 207. & seqq. & in sua Theologia Morali d. disp. 21. n. 67. & 68. idemque sentiunt plures Scotistæ relati à Suarezio d. tom. 4. in 3. p. D. Thom. disp. 15. scđ. 4.

Cæterum Suarez hac opinione relicta, primam sequitur, prout faciunt Emin. Card. de Lugo d. disput. 7. n. 259. Diana Coordinatus d. resol. 85. & 86. necnon Collegium Salmonticensis cit. tom. 11. tract. 6. cap. 1. num. 47. & Abelly in Medulla Theol. tom. 2. part. 2. tract. 1. cap. 5. scđ. 8. in fine. Concordantur hæc duæ opiniones duplici responsione. Una, quod prima procedat de cogitatione peccati commissi incompleta, & indeliberata, quæ ex subreptione insurgit, vocaturque speculativa; spectatque potius ad phantasiâ, quam ad voluntatem; Secunda vero opinio procedat in cogitatione completa, deliberata, & practica, in qua peccator reflectens ad commissum peccatum, videtur delectari de illo, quando non exhauriat e corde suo suspiria, actum doloris, & detestationis. Vel alio modo concordari possunt eadem opiniones diversæ; ut secunda loquatur, non de perfecta contritione, formali, & justificante; sed tantummodo de aliqua detestatione peccati, quamvis imperfecta, & non justificante, quæ tamen satisfit impedire novum consensum, & novam delectationem in peccata jam commissa. Ita ex doctrina Emin. Card. de Lauræa colligitur Magistrus d. num. 207.

Quo ad Quintum: An etiam de peccatis dimissis sit obligatus, qui peccavit, dolere penitere, & contriti toties quoties veniunt illi in mentem? Affirmant Scholastici relati supra pro secunda sententia præcedentis articuli; negant vero omnes illi, qui stant pro prima opinione, ex iisdem rationibus pro utraque parte consideratis. Porrò dicendum venit, secundam sententiam obligantem ad repetendum actum doloris, toties quoties peccata dimissa veniunt in mentem, esse intelligendam vel de consilio

tantum, vel quando imminet periculum novi consensum, seu delectationis erga eadem peccata. Ita Layman lib. 5. tract. 6. cap. 2. n. 8. Et eundem bonum est consilium peccata etiam dimissa plangere, prout contestabatur Rex Ezechias in illis verbis: Recogitabo tibi omnes annos meos; in (idest cum) amaritudine anime meæ. Isa. 38. 15. per actum scilicet Pœnitentiæ, & contritionis, ut declarat Scripturæ. Extatque exemplum mirificum Principis Apostolorum, de quo ex S. Clemente Papa ita scribit Rodriguez in Exercit. Persed. part. 2. tract. 7. cap. 4. ad fin. videlicet: San Clemente racconta del glorioso Apostolo S. Pietro, che ricordandosi di aver negato Cristo, piangeva tanto, che le lagrime gli abbruciarono la faccia, e gli avevano fatto canali nelle guancie. E dice, che ogni notte al primo cantare del Gallo si levava a far orazione, e che non dormiva più in tutta la notte: e che per tutta la vita sua osservò quest'usanza. Questo è quello, che noi altri abbiamo da imitare. Concordat, quod faciebat etiam Regius Pflates, dicens, Psalm. 50. 12. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra (idest Coram) me est semper: ubi rationem reddit S. Hieronymus: Quia si tu ponis illud ante te (scilicet dolendo) Deus illud non ponit ante se; iudicando seu puniendo.

Ad effugiendum verò periculum iterum consentiendi peccatis, etsi dimissis, quando iterum veniunt in mente, optimum consilium est, statim de iisdem dolere, contreri, & penitere; non enim difficile est diabolo suggestionibus suis potissimum in articulo mortis, impellere peccatorem, ut iterum consentiat, delectetur, & in æternum damnetur. Tremendum est exemplum relatum à P. Joanne Dominico Ottonello Soc. Jesu de Christiana Charitate cap. 29. Exempl. 5. idest Anno 1640. divitem quandam Concupiscens gravi infirmitate oppressum, expulsa Concupiscens, Sacramentis omnibus Pœnitentiæ, Eucharistiæ, ac Extreme Unionis devote receptis decessit scđ, certa Confessarii sui cum opinione, æternam salutem esse consequutum. At cum Missa de Requiem ipse Confessarius pro anima illius desuncti incepisset, apparuit ei umbra horribilis, dicens, ne celebres pro me, damnatus sum; in puncto liquidum mortis, in mente habui carnalia peccata, quæ cum mea Concupiscens commiseram; & de iisdem non solum dolere neglexi, sed crepi delectari, & in eadem delectatione immeris occubui, & in damnationem æternam miserè incurri. Bene ait Philosophus, quod habitus transit in aliam naturam, & sicut ex operationibus secundum naturam sequitur delectatio, ita ex habitu eorumdem. Maurus in Comment. Arist. 2. Ethic. cap. 3. num. 1. Quare peccatores ex habitu fatigant stequenter dolere, & penitere, de peccatis, quamvis confessi, ac dimissi, juxta id, quod scriptum est Ecclesi. 5. 5. De propinquo peccato nolis esse fuerum.

DECISIO XII.

ARGUMENTUM.

Demonstratur existentia Sacramenti Pœnitentiæ, & à quibus hæreticis, antiquis, ac modernis fuerit impugnata. Probatur hoc Sacramentum à Christo Domino esse institutum. Quid sit? diversis Theologorum definitionibus examinatis, declaratur.

SUMMARIUM.

- 1. Pœnitentiæ Sacramentum à quibus Hæreticis impugnatur?
2. Sacramentum Pœnitentiæ à Christo Domino esse institutum est de fide.
3. Ra-

- 3 Ratio Sacramenti requirit duo; & Quæ?
4 Sacramenti Pœnitentiæ definitiones diversæ.
5 Pœnitentiæ Sacramentum complectitur quinque; & Quæ?

Cum hucusque egerimus de Virtute Pœnitentiæ, de ejus quaditate, & de actibus, quibus exercetur; tum ut sciremus, quomodo remitterentur peccata quo ad culpam ab origine mundi usque ad legem gratiæ; tum ut cognosceremus, quibus mediis dissolverentur reatus peccatorum; peccatæ scilicet debitæ ad satisfaciendum pro illis Divinæ Justitiæ; nunc de Sacramento Pœnitentiæ à Christo Domino instituto, opus est, ut agamus; quod vel in re, vel in voto est prorsus necessarium in Lege Evangelicâ, ad remissionem culpam obtinendam. Ideo in præsentis duo examinatibus.

Primo: An detur Sacramentum Pœnitentiæ, & à quo sit institutum?

Secundo: Quid sit Sacramentum Pœnitentiæ?

Quo ad primum: Nemo est ex Catholicis, qui neget existentiam Sacramenti Pœnitentiæ, à Christo Domino instituti; sed utrumque negarunt Hæretici tum antiqui, tum moderni. Ex antiquis reperitur Montanus, & ejus sequaces, qui vixerunt circa Annum Christi 173. hi enim opinati sunt, non dari Sacramentum Pœnitentiæ, adeo ut peccantibus post receptum Baptisma nullum esset remedium, neque vis obtinendi remissionem peccatorum; ut referunt, ex S. Hieronymo Epistol. 54. & aliis veteribus Patribus Eminentiss. Cardin. Baronius d. Anno 173. num. 8. ibique ejus compilator Spondanus. Latè Salles de J. Inquisitione tom. 2. lib. 3. reg. 224. à num. 198. & seqq. & præcipue n. 222. nec non Eminentiss. Card. de Lauræa in 4. Sent. tom. 2. De Pœnitentiâ disp. 16. num. 1. ubi advertit, Novatum, & Novatianos Hæreticos antiquos, non negasse omnino existentiam Sacramenti Pœnitentiæ; sed docuisse, fidei ab hinc ad hinc tormentorum, non posse absolvi à peccato infidelitatis, neque amplius reconciliari. At modernos Hæreticos sequaces Lutheri, & Galvini negare in toto Sacramentum Pœnitentiæ, collativum gratiæ, & remissionem peccatorum, constans ex contritione, confessione, ac satisfactione; admittentes tantummodo nomen Pœnitentiæ, quam iisdem Novatores nihil aliud esse autumant, nisi fidem Baptismi denud excitatum pro compunctionem cordis; demonstrat, eos confutando, Emin. Card. Bellarminus lib. 1. de Pœnitentiâ cap. 10.

Igitur de fide est, dari Sacramentum Pœnitentiæ à Christo Domino institutum pro remissione peccatorum, à fidelibus populis post receptum Baptisma commissorum, ut definitum est in Concilio Tridentino sess. 14. cap. 1. in illis verbis: Quoniam autem Deus dives in misericordia cognovit signum nostrum; illis etiam vite remedium contulit, qui se se posse in peccati servitutem, & demonis potestatem tradidissent; Sacramentum videlicet Pœnitentiæ, quo lapsis post Baptisma beneficium mortis Christi applicatur. Et infra: Dominus autem Sacramentum Pœnitentiæ tunc præcipue instituit, cum à mortuis excitatus in Discipulos suos dicens: Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittentur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Joan. 20. Et subinde ipsummet Concilium Tridentinum ead. sess. 14. de Pœnitentiâ Can. 1. sic sancivit: Si quis dixerit, in Catholica Ecclesia, Pœnitentiâ non esse verè, & propriè Sacramentum pro fidelibus, quoties post Baptisma in peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandis, à Christo Domino nostro institutum: Anathema sit. Idem fuit definitum in Concilio Constantiensi Anno 1417. præfente Martino Papa Quinto, in quo damnatus fuit De Sacramento Pœnitentiæ.

tamquam Hæreticus Joannes Wicleff de Anglia; qui inter cæteros errores docebat; quòd si homo fuerit debite contritus, omnis confessio exterior essetibi superflua, & inutilis. Et habetur in Bulla prima ejusdem Martini V. num. 7. in Bullar. Rom. tom. 1. Eadem declarationem, ac diffinitionem fecit Concilium Florentinum Anno 1439. Præfidente in ipso Eugenio Papa IV. ubi in Decreto Unionis Armenorum, inter cætera Sacramenta habetur hoc de Pœnitentiâ, cum declaratione ejus Materiæ, Formæ, & Effectus, ut legitur in Decreto in fine ejusdem Concilii tom. 4. Concilior. pag. 909. Hæc sunt testimonia omnia exceptione majora, quia sunt decreta de fide, à Summis Pontificibus, & Conciliis generalibus firmata, examinatorum prius, & relatis Sacris Scripturis, & SS. Patrum auctoritatibus; quas nihilominus abundanter referunt, præter Eminentissimos Cardinales Bellarminum d. lib. 1. de Pœnitentiâ, & Baronium d. Ann. 53. inter recentiores Eminentiss. Card. de Lauræa d. disp. 16. num. 8. & de Lugo de Sacram. Pœnit. disp. 12. à num. 1. & seqq. Catalius de Veterib. Sacris Christianior. Ritib. cap. 24. Arsdemk tom. 1. tract. 2. cap. 6. Gaspar Ivenius in Commentar. Histor. & Dogmat. de Sacramentis Dissert. 6. quest. 2. cap. 2. & 3. ubi Lutheranos, ac Calvinistarum argumenta allegat, & confutat; nec non Abelly in Medulla Theolog. part. 2. tract. 1. cap. 4. scđ. 2. Quibus addendus est Tirinus in Indice controversiarum Fidei post Commentar. Sacra Scriptura Controvers. 23. ubi num. 3. ponit testimonium Sancti Joannis Apostoli in illis verbis: Si confitemur peccata nostra, fidelis est, & justus (Deus) ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. 1. Joan. 1. 9. & S. Jacobi 5. 16. Confitemini alterutrum peccata vestra.

Probatur etiam ratione existentia hujus Sacramenti Pœnitentiæ; cum enim ad rationem Sacramenti propriè dicti duo sufficiant, promissio scilicet gratiæ justificantis, & signum exterior illam significans: utrumque habetur in verbis Christi supra relatis Joan. 20. ibi enim dixit, Quorum remiseritis peccata, remittentur eis. At quando remittuntur peccata, infunditur gratia justificans, sine qua dari non potest remissio vera peccatorum: Ergo apostificum Saluator in illis verbis promisit gratiam justificantem. Item ex iisdem resultat signum sensibile ejusdem gratiæ; nempe absolutio, quæ fit per Sacerdotem, præcedentibus actibus penitentis, omnino necessariis ad remissionem peccatorum obtinendam; undè tam à parte Penitentis, quam à parte Ministri illum absolventis habentur signa sensibilia denotantia infusionem gratiæ, in ipso Sacramento Pœnitentiæ, ut doctè differit Magistrus in 4. Sent. disp. 5. quest. 11. num. 298.

Quo ad secundum: Si querimus, Quid sit Sacramentum Pœnitentiæ? de eo plures possunt definitiones in medium afferri. Sotus in 4. Sent. disp. 14. q. 1. art. 1. illud sic definit: Pœnitentiâ est Sacramentum remittens peccata, quæ post Baptisma committuntur. Sed talis definitio non placet Scotistis, quia est manca, & non declarat modum, quo hoc Sacramentum remittat peccata, nempe per modum iudicii; idèo convenit etiam Sacramentum Extreme Unionis. Suarez ita definit: Pœnitentiâ est confessio legitime facta in foro Pœnitentiæ, & absolute iudicis firmata. Eam refert Magistrus disp. 5. num. 323. extare apud D. Auctorem disp. 18. scđ. 3. (sed illam non potui invenire) at ipsi Magistrus non placet, quia (ait) ex tribus Pœnitentiæ partibus solam continet Confessionem; cum tamen aliæ quoque sint ad ejus essentiam necessariae. Averia quest. 9. de Pœnitentiâ scđ. 1. definit Sacramentum Pœnitentiæ, quòd sit Remedium à Christo institutum ad conferendum homini gratiam, ut ei per modum

modum iudicii peccata remittantur. Ly Remedium est loco generis, convenit enim cum aliis Sacramentis. Ly Per modum iudicii stat pro differentia; differt enim hoc Sacramentum ab aliis, quia in hoc remissio peccatorum fit per absolutionem modo iudiciali; auditis prius per Iudicem, & examinatis delictis, de quibus peccator in foro secreto se accusat; & sic videtur bona definitio.

Porro omiffis aliis amplectenda est definitio, quam ponit Scotus 4. diff. 14. q. 4. sub A, ac exornant Mastrius d. disp. 5. num. 236. & Eminentiff. Cardin. de Lauræa d. disp. 16. art. 2. §. 7. num. 114. quæ est huiusmodi: Sacramentum Pœnitentiæ est absolutio hominis pœnitentis, facta certis verbis, cum debita intentione prolatis à sacerdote jurisdictionem habente, ex institutione divina efficaciter significantis absolutionem animæ à peccato. Quamvis autem hæc non placeat Soto, qui eam distinguit in 4. d. diff. 14. q. 1. art. 1. §. At verò; est cæteris exactior, quia explicat quiddam huius Sacramenti per omnes causas; & continet genus, ac differentias. Siquidem Ly Absolutio est causa formalis Sacramenti. Ly hominis pœnitentis est causa materialis; nam actus pœnitentis sunt quasi materia huius Sacramenti. Ly certis verbis cum debita intentione prolatis est causa instrumentalis. Ly ex institutione Divina est causa efficiens principalis. Ly absolutionem animæ à peccato est causa finalis. Genus autem, & differentia manifeste patet; nam Ly Absolutio est verbum genericum, & commune ad quemcumque iudicem in suo foro. Cætera verba fiunt loco differentiarum; siquidem Ly hominis pœnitentis distinguit hoc Sacramentum ab absolutione facta in iudicio humano, in quo non attenditur Pœnitentia rei, sed innocentia. Ly facta certis verbis, denotat differentiam à Sacramento Baptismi, & Extremæ Unctionis. Ly à sacerdote jurisdictionem habente, indicat Ministerium proprium, eius conditiones. Cætera verba insinuant effectum huius Sacramenti, & modum operandi ipsum effectum, idest per modum iudicii.

Neque obstat, quòd in hac definitione non exprimitur Contritio, Confessio, & Satisfactio, quæ tria censentur materia necessaria huius Sacramenti: nam respondetur, quòd sub illis verbis hominis pœnitentis intelliguntur; idem enim est dicere hominem pœnitentem, ac hominem dolentem de suis peccatis, illa consistentem, & satisfaciendi Deo pro illis animam habentem; quemadmodum, si dicatur homo amans vel homo legens, aut docens, intelligitur homo implicitus in actibus spectantibus ad amorem, ad lecturam, ad docendum; ut eruditè demonstrat Eminentiff. Cardin. de Lauræa d. disp. 16. num. 118. & prosequitur Mastrius d. disp. 5. num. 326. & 327.

Ex his colligere debemus, quinque esse principalia, & omnino scienda in hoc Sacramento Pœnitentiæ, scilicet Contritionem, Confessionem, Satisfactionem, Absolutionem, ac Ministerium, nempe Sacerdotem, de quibus omnibus breviter, sed successe in sequentibus agemus; tria enim prima tenent locum Materie, quartum habet vim Formæ; de Sacerdote autem, qui est Minister huius Sacramenti, plura sunt differenda; præcipue de eius Scientia, Approbatione, Jurisdictione, ac Sigillo; ut infra patebit.

DECISIO XIII.

ARGUMENTUM.

Differit de Contritione, & explicatur duplex materia Sacramenti Pœnitentiæ; Remota, & Proxima, circa Quam, vel ex Qua; Essentialis, & Integralis, & quæ utraque sit? Dolor in pœnitente contritio quotplex sit? Quor, & quales cir-

cumstantiæ doloris ob culpam tum mortales, tum veniales? Ac Gratianus, & Magister Sententiarum, ac Autor Historiæ Scholasticæ fuerint fratres germani, & geniti ex adulterio? De nece Bajamontis Catilinæ Veneti. De peccatorum commissorum detestatione, & de eius qualitatibus. De proposito non committendi amplius peccata, ac commissa confitendi cum spe veniæ.

SUMMARIUM.

- 1 Materia Sacramenti duplex. Remota, & Proxima.
- 2 Concilium Tridentinum cur vocavit quasi Materiam actus Pœnitentis?
- 3 Sacramenti Pœnitentiæ Materia alia Necessaria, alia Sufficiens. Item alia Essentialis, alia Integralis, num. 4.
- 5 Contritio duplex, perfecta, & imperfecta. Et quæ utraque?
- 6 Dolor duplex, animæ, & sensus.
- 7 Contritio est dolor animæ.
- 8 Dolor Pœnitentis quo tempore elici debeat?
- 9 Dolor venialium an necessarius in Confessione?
- 10 Pœnitentiæ Sacramentum an possit esse validum, sed informe? Quid hoc sit? declaratur.
- 11 Gratianus, Magister Sententiarum, & Petrus Comestor an fuerint fratres uterini, & adulterini?
- 12 Bajamontis Tempoli excidium.
- 13 Dolor de peccatis debet esse cum eorum detestatione. Hæc quid sit?
- 14 Debet esse actualis in pœnitente, Duobus casibus exceptis.
- 15 Proposuit non peccandi necessarius in pœnitente, cum tribus conditionibus. Et quæ sint?
- 16 Occasio proxima peccandi deserenda. An detur excusatio?
- 17 Proposuit non peccandi an debeat esse explicitum?
- 18 Proposuit in Contritione debet esse confitendi.
- 19 Judas pœnituit, confessus est peccatum suum, restituit pecuniam, & tamen damnatus est. Cur ita?

Quia omne Sacramentum constat ex materia, & forma ex Concil. Florent. in Decreto Eugenii Quarti ac Armenos post ultim. sess. §. Quinto; scire oportet, quænam sit materia huius Sacramenti Pœnitentiæ. Duplex autem cum sit materia, alia Remota, & alia Proxima. Eminentiff. Cardin. Toletus in Summ. lib. 3. cap. 1. num. 1. sive ut loquuntur Scholastici; alia circa quam, & alia ex qua. Eminentiff. Cardin. de Lauræa de Pœnitentiâ disp. 17. art. 1. num. 1. ubi hos terminos explicat; conveniunt omnes Doctores in hoc, quòd materia Remota Sacramenti Pœnitentiæ, scilicet circa quam, sit peccatum actuale commissum post Baptismum; materia verò Proxima, vel ex qua, sint actus pœnitentis, videlicet, Contritio, Confessio, & Satisfactio. Nec turbare debet, quòd Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 3. vocet hos actus quasi materiam; ibi: Sunt autem quasi materia huius Sacramenti ipsius pœnitentis actus, nempe Contritio, Confessio, & Satisfactio. Quandoquidem Concilium adhibuit eam distinctivam particulam Quæ ob plures rationes, quas eruditè de more recentè Eminentiff. Cardin. de Lauræa d. disp. 17. num. 3. inter quas illa, quòd in cæteris Sacramentis materia est substantia, ut constat de aqua in Baptismo, de oleo in Chrismate, de pane in Eucharistia. At in hoc Sacramento Pœnitentiæ actus prædicti pœnitentis relati ad materiam remotam non continent substantiam, quia peccata non sunt entia, sed accidentia; & ulterius idem actus prædicti tantum, non etiam speculative effectum

Actum causatum ex sui positione significant, ut faciunt cætera Sacramenta. Nam actus abluendi in Baptismo speculative demonstrat, & dat intelligere interiorem abluentionem animæ à maculis peccatorum; Actus unguendi in Chrismate fortitudinem, & corroboracionem internam. Actus manducandi in Eucharistia, virtutem spiritualis nutrimenti. At actus pœnitentis non dant intelligere alia expressè effectum remissionis peccatorum, quem prædictè cognoscimus solummodo apposita forma, idest prolatis verbis absolutionis. Ita suprad. Eminent. Purpuratus, & alii plurimi, quos allegat Barbosa in Collec. DD. ad idem Concil. Trident. cap. 3. sess. 14. & Catechismus Romanus de Sacram. Pœnit. sess. 13.

Rursus Materia Sacramenti Pœnitentiæ alia est Necessaria, alia Sufficiens. Gobat in Experiment. Theolog. tract. 6. num. 9. Materia Necessaria est peccatum mortale; Sufficiens est peccatum veniale. Concil. Trident. d. sess. 14. cap. 5. nec non peccatum mortale aliàs confessum, & dimissum; prout declaratum est à Benedicito XI. in Extravog. 1. Incip. Inter cunctas. in §. Ceterum de Privileg. ibi: Ceterum licet (sicut prædictur) de necessitate non sit iterum eadem confiteri peccata: tamen quia propter erubescenciam, quæ magna est Pœnitentiæ pars, ut eorumdem peccatorum iterum confessio, reputantur alitè.

Uterius ex prædictis tribus actibus pœnitentis, ac Confessio sunt materia essentialis huius Sacramenti Pœnitentiæ; tertius verò, idest Satisfactio, est materia integralis tantum; ea ratione, quia hoc Sacramentum essentialiter perficitur per absolutionem datam ante executionem operum injunctorum à Confessario. Gobat d. tract. 6. num. 10. Suarez in 3. p. D. Thom. tom. 4. disp. 38. sess. 1. num. 3. & Eminentiff. Cardin. de Lauræa de Pœnitentiâ disp. 22. art. 2. in quo tamen advertit; semper posse dici Satisfactionem partem essentialem Sacramenti Pœnitentiæ, quia licet non interveniat actu cum absolutione, requiritur tamen in voto, hoc est in voluntate efficaci satisfaciendi. Sed de hac re dicemus infra Decif. 34.

His prænotatis agendum est de prima parte essentiali materiæ Sacramenti Pœnitentiæ, nempe de Contritione. Hæc autem duplex est, Perfecta, & Imperfecta. Prima verè, & propriè appellatur Contritio. Secunda nominatur Attritio. Concil. Trident. d. sess. 14. cap. 4. ubi non solum Contritionem perfectam, sed etiam hanc imperfectam in Sacramento Pœnitentiæ sufficere ad remissionem peccatorum obtinendam declarat. De Contritione differimus supra Decif. II. ubi ad ejus perfectionem tria concurrere debere diximus; dolorem de offensâ factâ Deo, detestationem peccati ad Deum summè dilectum, & propositum de cætero non peccandi. Circa hæc tria, præter declarationem eorumdem factam d. Decif. II. attendendæ sunt sequentes observationes.

Prima sit, quòd duplex est dolor, unus corporis, alius animæ. Primus est, qui sentitur in carne ob aliquod nocentum corporeum, & propriè appellatur dolor. Alter est, qui experitur in anima, ob aliquam rem nobis displicentem, & nuncupatur tristitia, ut bene explicat Eminentiff. Cardin. de Lauræa in 3. Sent. tom. 2. De Virtutib. in genere disp. 30. num. 36. his verbis: Itaque cum aliqua disconveniens, & lesivum corporis ei accidit, passio illa, que in sensu corporeo sentitur, est dolor. Quando autem corpus, aut sensus nil patitur; sed anima tantum, quia nempe aliqua volebat efficacia; & tamen ei accidit, illa dissonio dicitur Tristitia. Idcirco Contritio est dolor animæ, non corporis; & consistit in actu displicentiæ, quo tristamur, & affligimur in anima ob Dei offensam, quas commissimus illas detestando; & quamvis aliquando ex hac interna displicentiâ, & tristitia, insurgat etiam dolor sensitivus, ex quo proveniunt suspiria, lacrymæ, & gemitus; iuxta illud Psalmistæ, Exitus aquarum dederunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Psal. 118. 136. & patuit in lacrymis S. Mariæ Magdalene; nihilominus iste dolor sensitivus non est de substantia veræ contritionis. Eminentiff. Cardin. de Lauræa de Pœnitentiâ disp. 8. art. 5. per totum Layman lib. 5. tract. 6. cap. 4. num. 1. Tambur. de Exped. Confess. libr. 1. cap. 2. §. 1. & 2. ubi ait, satis esse, si quis gobat, quòd non sentiat dolorem de peccatis. Et Gobat in Theolog. Experim. tract. 6. num. 37. & seqq. & num. 144. docens in homine cordato, & serio, tuncionem pectoris, cum illis verbis, mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa, esse bonum signum doloris. At è contra sub num. 170. in appendice, reputat incapacem absolutionis ex defectu doloris pœnitentem ita cum Confessario loquentem: Sincerissimè, animè que, intendendo confiteri ei modo, & cum in conditionibus, cum quibus fuerit confessus S. Franciscus, Dominicus, & Augustinus; quia (inquit Gobatus) tali desiderio non videtur adjunctus ullus actus doloris. At non crederem ita rigorosè sententiandum; magna enim est vis desiderii de habendo dolore, & sicut Zachæus cupiens videre Jesum, meruit cum recipere in domum suam, Luc. 19. 3. sic pœnitens cupiens dolere de peccatis, prout faciebant illi Sancti, non potest esse sine sufficienti dolore ad habendam absolutionem, præcipue si sincerissimè, ut aiebat, animè que intendat confiteri.

Secunda observatio est, quòd dolor de peccatis debet comitari Confessionem aut actualiter, aut moraliter. Moraliter autem comitantia illa est, quando doloris adus præcessit Confessionem per tres, aut quatuor dies. Gobat d. tract. 6. num. 157. & seqq. Tamburin. d. lib. 1. cap. 2. §. 4. & §. 5. ubi permittit etiam longius tempus præcedens, dummodo ille dolor non fuerit retractatus, vel per novum peccatum mortale commissum, vel per complacenciam de iidem, de quibus pœnitens doluerat. Diana Coordin. tom. 1. tract. 3. resol. 95. Volpi resol. 168. num. 2. Gobat tract. 6. num. 157. Ratio est, quia Sacramentum Pœnitentiæ administratur per modum iudicii; in iudiciis autem conclusio in causâ, & publicatio Sententiæ admittit notabile tempus intermedium dierum, hebdomadum, ac mensium. At hæc speculativè bene procedunt; prædictè enim prudens Confessarius debet semper excitare pœnitentem, antequam cum absolvat, ut reiteret actum doloris de prædictis peccatis; ne fe exponat periculo nullitatis Sacramenti, ait Cardenas in Crisi Theolog. Dissert. 2. cap. 6. art. 3. qu. 6. satis tamen est, ut deat de ipsis in universum, & de omnibus simul, unico doloris actu. Tamburin. d. lib. 1. cap. 1. §. 2. Eminentiff. Card. de Lauræa de Pœnitentiâ disp. 8. art. 10. & in quocumque gradu intentionis, quamvis tenuissimo, seu remississimo. Suarez de Pœnitent. disp. 4. sess. 4. n. 9. Layman lib. 5. tract. 6. cap. 4. num. 1. late, & doctè Emin. Card. de Lauræa de Pœnitent. d. disp. 8. art. 6. & art. 7. ubi quòd neque opus est extensione doloris in tempore, quia sufficit illum elicere unico instanti. Eadem moralis concomitantia dolorum Confessione peccatorum habetur, si pœnitens non multò post Confessionem eorum, antequam absolvat, actum doloris elicat. Collegium Salmanticense. eod. tract. de Pœnitent. seu de Sacramenti in genere tract. 6. cap. 3. num. 24. & 25.

Tertia observatio. Dolor iste necessarius est primò de omnibus mortalibus; Tridentin. Concil. sess. 14. cap. 1. deinde de accusat de peccatis venialibus, quando quis de eis se accusat in Confessione, non habens mortalia; nam Sacramentum validum esse non potest sine hac parte essentiali, idest sine dolore. Licet enim non sit obligatio confitendi venialia, tamen quando quis de eis se accusat in Confessione, tene-

tur de eis dolere; aliàs peccat mortaliter, quia reddit irritum Sacramentum. Eminentiss. Cardin. de Lugo de Pœnit. disp. 54. scilicet 8. Tambur. d. lib. 1. cap. 3. §. 2. num. 4. & §. 2. per totum; ubi declarat, hoc procedere, ubi non dolerit de aliis venialibus, vel de aliis mortalibus; quandoquidem enim præcessit dolor de aliis, quamvis nulla alia venialia confiteatur sine dolore, non peccabit mortaliter, nam subsistit validitas Sacramenti in illis, de quibus doluit.

Quarta observatio, circa dolorem peccatorum, pro validitate abolitionis est; controversiam magnam esse inter Theologos, an dari possit Sacramentum validum Pœnitentiæ, sed informe? Videlicet Sacramentum ipsum non esse irritum, sed gratiam non conferri; Exemplificat DD. quando penitens dolet de suis peccatis mortalibus, uno excepto, de quo credit inculpabiliter non esse dolendum. Disputat de hoc Collegium Salmanticense d. traç. 6. cap. 5. ubi num. 7. DD. negantes allegat, inter quos Castropal. traç. 23. disp. Unica punct. 7. num. 4. & Layman. d. lib. 5. traç. 6. cap. 9. Sed contrarium tenet S. Thom. in 4. dist. 17. qu. 2. art. 4. quæstione. 1. Card. de Lugo de Pœnit. disp. 14. scilicet 6. & 7. cum aliis citatis ab eodem Collegio Salmanticense. ibid. num. 9.

Circa hanc Quæstionem Gobatus d. traç. 6. numer. 171. exemplificat de Matre Gratiani Compilatoris Decreti; Petri Lombardi, vulgò Magistri Sententiarum; & Petri Commemorati clarissimi Auctoris Historiæ Scholasticæ, quos fratres germanos fuisse, sed omnes ex adulterio genitos ait Tiraquell. de Nobilitate cap. 15. num. 32. Horum itaque Mater, cum audiret, Filios suos magna nominis celebritate esse conspicuos, ac suis virtutibus toti Ecclesiæ utiles, putabat, non sibi dolendum de adulterinis complexibus. Et idè quærebatur, an hoc errore decepta, si alia sua peccata cum dolore confiteretur, de adulterio autem absque dolore, reciperet validè Sacramentum Pœnitentiæ, & gratiam justificantem? Casus est fabulosus, quia prædicti tres celebres Viri, qui floruerunt duodecimo sæculo, non potuerant esse germani fratres, cum fuerint natione, & patria omnes diversi, ut constat ex Emin. Card. Bellarmino de Scripturis. Ecclesiasticis. Verb. Petrus Lombardus, Gratianus, & Petrus Commemorator. Ad dam ego casum majoris certitudinis; homicidii scilicet Bajamontis Theupoli, quem novum Catinianum, dum Reipublicæ Venetæ tentat proditoris armis excidium, Vetula quedam projecto inadverteat in fenestra in ejus caput mortario, interemit; ut narrat Anton. Forestus in Mappamundo Histor. tom. 4. lib. 4. de Republ. Venet. sub num. Annor. Christi 1290. de quo ausu hæc leguntur in Columna erecta ad angulum Ecclesiæ Parochialis S. Augustini Venetiarum;

Del Mille presente, o diese, A mezzo il mese delle Ceresie Bajamonte passò il Ponte.

E per esso fù fatto il Consegio de Diesse.

Modò sic prædicta Vetula credidisset, mortaliter peccasse occidendo Bajamontem; sed deindè audiens, se commendatam, imò à munificentia Pupica, Suppe, quam petierat, panis scilicet, ac vini sua vita durante, remuneratam provisione; & ex hoc dolere noluisse de credito homicidio; numquid reciperet in Confessione Sacramentum validum, ac informe? Sunt, ut dixi, hinc inde opiniones diversæ; sed speculationibus ommissis, præctice consulendi sunt penitentes, ut nullum peccatum excipiant à dolore, ne incertitudinè abolitionis subjaceant; & in hoc Confessarii debent esse solliciti.

Quinta observatio; Præter dolorem de peccatis ad validitatem contritionis, requiritur eorum detestatio; ait enim Concil. Trid. sess. 14. capit. 4. Contritio est animi dolor, ac detestatio peccati commissi. Differt autem detestatio à dolore, quòd illa magis propriè sit actus intellectus, considerantis ma-

litiã, indignitatem, & enormitatem peccati, quantum est offensiva Dei; idèquè penitens illud detestatur, idèst reprobatur, confutatur, & amplius non vult sequi; imò dolet, & tristatur, quòd olim fuerit sequutus, per actum scilicet voluntatis, ad quam spectat doloris actus elicere, ut bene Eminentiss. Card. de Lauræa disp. 7. de Pœnitent. art. 1. ubi tamen concedit, dolorem de peccato, detestationem ejusdem peccati, ac displicentiam posse appellari synonyma, vel quia debent esse conjuncta, vel quia causant eundem effectum, scilicet odium peccati. Et disp. 8. art. 8. ubi advertit, quòd hæc detestatio peccati debet esse super omnia mala, ac pœnas; cum enim debeat includere vel formaliter, vel virtualiter actum charitatis circa Deum; per consequens detestandum est peccatum super omnia mala, ac pœnas etiam æternas; adeòut penitens paratus sit potius omnia mala, ac pœnas sustinere, quam amplius peccare; aliàs plus amaret seipsum, quàm ipsum Deum; quando ad effugienda quæcumque alia mala, vel pœnas, eligeret iterum peccare; quæ omnia pariter docet, & confirmat Magistrus in Theol. Morali disp. 21. num. 28. Advertendum tamen, non esse obligationem deveniendi ad comparationem particularem, inter peccatum, & omne aliud malum; sed satis esse, ut penitens implicite virtualiter, seu interpretative detestetur peccatum plusquam omne aliud malum in universali; itaut si occurreret occasio peccandi mortaliter, potius eligeret quamlibet pœnam, quam iterum mortaliter delinquere; & hoc idem docuerunt etiam antiqui Theologi, quos cumulat, & sequitur Navarrus in Manuali Confessan. cap. 1. num. 16. & 17.

Sexta observatio: Hæc autem detestatio peccati debet esse actualis in ipso penitente ex S. Thom. 3. p. q. 87. art. 1. & ex Concilio Trident. sess. 14. cap. 4. adeòut non sufficiat virtualis, quæ confertur illa in actu dilectionis Dei contenta absque aQuali reflexione, & displicentia peccatorum; nisi in duobus casibus. Primus est ex defectu temporis, ut si quis urgente Tyranno, eligat mori potius, quam negare fidem, vel committere aliquod mortale, & hoc ex Dei amore; sed non habeat tempus reflectendi, ac detestandi alia mortalia, quæ antea commisit; tunc enim virtualiter dicitur ea detestari; & satis est hæc virtualis detestatio ad salutem ob illum actum dilectionis Dei super omnia; juxta illud Prov. 10. Univerfa delicta operit charitas; & illud 1. Petr. 4. Charitas operit multitudinem peccatorum. Secundus casus est, quando quis diligenter examinavit suam conscientiam, cognovit plura peccata patrata, sed non potuit recordari de uno alio peccato mortali commissi; tunc enim actualis detestatio aliorum peccatorum cognitorum est sufficiens detestatio virtualis inculpabiliter oblii. Ita Reginald. in Praxi tom. 1. lib. 5. num. 3. & 4.

Septima observatio est, quòd ad substantiam contritionis requiritur in Penitente propositum de cetero non peccandi; quod tribus conditionibus fit stipatum. Una, quòd sit firmum, & stabile ad differentiam simplicis velleitatis, quæ est non determinata, sed inconstans resolutio non peccandi. Gobat d. traç. 6. num. 186. & 188. Nihil autem refert, si penitens conscius suæ fragilitatis iudicet, se non esse servaturum hoc propositum; quia propositum non est actus intellectus, sed voluntatis; quæ potest firmam resolutionem elicere de non peccando, quamvis contradicat intellectus. Valentia tom. 4. disp. 7. qu. 11. punct. 2. in fin. Diana Coord. tom. 1. traç. 3. resol. 109. §. 2. & Gobat ubi proxime num. 189. idèd vocatur propositum, non promissio, quia ejus validitas stat in resolutione, non in executione. Altera conditio est, ut propositum sit extendat ad omnia mortalia, nullo excepto. Gobat ibid. numer. 193. ad differentiam venialium, circa quæ propositum

situm potest esse de aliquibus tantum. Layman d. traç. 6. cap. 4. num. 19. & Tamburin. de Exped. Confess. lib. 1. cap. 3. §. 5. Tertia conditio est, ut deserat proximam occasionem peccandi; & illa censetur occasio proxima, in qua experientia docet, hominem minimè resistere, sed cadere in peccatum. Hinc damnata illa propositio, quod Concubinarium absolvi possit, non expulsa concubina; de qua videndus Cardenas in Crisi Theologica eam latè examinans, ac declarans Dissert. 40. per totam, & concludens, non posse absolvi, qui occasionem proximam non deserit; excepto casu impossibilitatis physicæ; qualis esset in filiofamilias luxuriante cum ancilla suæ genitricis, ut notat Navarrus in Manuali cap. 3. num. 21. Collegium Salmanticense d. traç. 6. de Sacram. cap. 5. num. 59. & Gobat consimiles casus referens traç. 7. à num. 514. ac ipse Cardenas d. dissert. 40. ubi ponit omnia, quæ scitu digna sunt circa obligationem defendendi occasionem proximam.

Octava observatio est; magnam esse altercationem apud DD. an prædictum propositum in Penitente debeat esse formale, & explicitum; an verò sufficiat, quòd sit virtuale tantum, ac implicitum, videlicet tacite imbibitum in ipsa detestatione peccati, de qua supra? Tres sunt opiniones. Una asserit, debere esse propositum explicitum. Alia concedit propositum implicitum, seu virtuale. Tertia concordat, & distinguit dicens, regulariter esse necessarium propositum formale, & explicitum; sed per accidens sufficere virtuale, & implicitum in duobus casibus, videlicet; vel quando penitens ita vehementer dolet, & detestatur peccata præterita, ut non advertat ad tempus futurum; vel quando est in proximo articulo mortis, adeòut non sit spes longioris vitæ. Ita Magistrus, qui refert DD. pro his opinionibus in Theologia Morali d. disp. 21. num. 31. Gobat d. traç. 6. num. 203. & segg. Diana Coordinatus tom. 2. traç. 3. resol. 110. cum duobus segg.

Nona observatio est circa propositum in contritione extra Sacramentum Pœnitentiæ, quòd ultra prædictas conditiones, & circumstantias de amplius non peccando, requiritur etiam propositum confitendi peccata, de quibus dolet; & ea clavibus Ecclesiæ subijcendi per actualem susceptionem Sacramenti Pœnitentiæ, ut demonstrat Eminentiss. Cardin. de Lauræa de Pœnitent. d. disp. 8. art. 15. & definitum est in Concilio Trident. sess. 14. cap. 4. & his omnibus concurrentibus contritio justificat peccatorem, & in ejus anima delet peccata mortalia, ut probatum est supra Decif. II. idèquè vocatur Contritio per metaphoram, quia peccator odians peccatum, ac dolens de eo, quasi conterit, & frangit suum cor, ut deiciat venenum peccati, & penamque sentiat, ut docet Eminentiss. Cardin. de Lauræa d. disp. 8. num. 1. ubi autoritates Sacræ Scripturæ allegat.

Decima tandem observatio est, quòd ipsamet Contritio, ut supra qualificata, debet habere spem veniæ à Misericordia Divina. Hinc Judas quamvis esset contritus, dolerit de suo peccato, restituerit tum pecuniam Magistratui, tum famam Redemptori, dicens: Peccavi tradens Sanguinem justum. Matth. 24. 4. nihilominus abiens lagoes se suspendit, scilicet ob desperationem; ut ibidem ex SS. Patribus probat Tirinus, ac alii Expofitores.

DECISIO XIV.

ARGUMENTUM.

Sermo est de Attritione. De hujus vocis varia Significatione, ac Divisione. Attritio alia Naturalis, alia Supernaturalis, & quæ utraque sit exemplis, ac definitione demonstratur. Rex Antiochus quare non esset misericordiam consecutus? Felix Præses Judææ, ac Drusilla ejus uxor De Sacramento Pœnitentiæ.

cur non conversi ad prædicationem Sancti Pauli Apostoli? Opiniones tres Antiquorum de Attritione expofitæ. Differentiæ duæ inter Contritionem, ac Attritionem. Attritionem non mutari in Contritionem; sed Attritum in Contritum virtute Sacramenti offenditur.

SUMMARIUM.

- 1 Attritionis significationes variae.
- 2 Attritio alia naturalis, alia supernaturalis.
- 3 Attritio naturalis quænam sit?
- 4 Quæ supernaturalis? Ejus definitio num. 5.
- 6 Drusilla uxor Præsidis Felicis, quæ esset, & cuius Filia?
- 7 Attritio an sufficiat cum Sacramento Pœnitentiæ, est ut talis cognoscatur? etiam in articulo mortis?
- 8 Attritionis, ac Contritionis differentia. Ubi duæ tantum.
- 9 Attritio an transeat in Contritionem?
- 10 Seta sicut introducit filium; ita timor charitatem; ex S. Aug.

Diximus supra, quòd prima pars materiæ proximæ Sacramenti Pœnitentiæ, seu ex Qua, est Contritio; hanc autem esse bimembrem, perfectam scilicet, quæ propriè appellatur Contritio; & imperfectam, quæ nominatur Attritio. De prima, ad ejus intelligendam substantiam, ac naturam notavimus decem observationes in præcedenti Decif. XIII. præter ea, quæ explicuimus de Contritione in Decif. II. Igitur in præsentì differendum venit de Attritione, circa quam examinabimus.

Primò: Quid denotet hæc vox Attritio? Secundò: Quomplex fit Attritio? Tertiò: Quid fit Attritio Supernaturalis? Quartiò: Quomodo differat Attritio à Contritione? Quintò: An Attritio possit fieri Contritio? Quo ad Primum: Hæc Vox Attritio habet plures significationes in Scriptura Sacra. Primò significat tribulationem, & calamitatem, ut Reg. 2. cap. 21. Virum qui attrivit nos. Et Job. 14. Donec atterat. Secundò significat contemptum, & vilipendium; ut Matth. 14. Calcare Sandia, & atterere. Tertiò denotat presumptionem, ac temeritatem, ut Ezech. 3. Attrita fronte, & duro corde: nec non cap. 23. Quæ attrita est in adulterio. Quartiò innuit percussionem absque fractione, prout de pede Balaami Prophætæ illisi ab Asina in muro; ipsa enim atterita ob visionem Angeli attrivit sedentis pedem. Num. 22. 25. & prout de suis infirmitatibus dicebat Job cap. 31. Attrivit brachium meum cum suis ossibus; atque de Redemptore prophetavit Iſaias cap. 53. Attritus est propter scelera nostra; Christus enim fuit flagellis, & percussioibus crudelissimè impetitus; sed ejus ossa non fuerunt fracta, juxta illud, Os non comminuitis ex eo. Jo: 19. 36. Quintò significat fractionem, & comminutionem, ut de vestibus Judæorum ambulantium per desertum: Non sunt attrita eorum vestimenta. Deut. 19. Et de destructione Jerusalem: Attrita est Civitas vanitatum. Isa. 24. Et ex hac quinta significatione Scholastici per analogiam, & similitudinem quamdam transulerunt hoc nomen ad significandum, actum doloriferum, percussivum, ac comminativum cordis in partes non ita minutas, sicut fit per contritionem; appellantes illum Attritionem, idèst dolorem imperfectum, qui ex se, absque Sacramento, tum Baptismi in Catechumenis, tum Pœnitentiæ in adultis Christianis non est sufficiens justificare peccatorem, delere peccata, & obtinere eis gratiam sanctificantem. Eminentiss. Cardin. de Lauræa de Pœnitentia disp. 9. art. 1. num. 1.

Quo ad secundum: Quia omne multiplex est prius divi-

dividendum, & postea definiendum, Aristot. 2. *Post. text. 19.* *Mastrius Commentar. in Logicam disp. 1. num. 8.* Ut cognoscamus, quæ sit Attractio sufficiens ad remissionem peccatorum in Sacramento Pœnitentiæ in primis scire oportet, quod duplex sit? Igitur Duplex est Attractio, una Naturalis, alia Supernaturalis. Colligitur ex *Mastrio in 4. Sent. disp. 5. n. 69. & 70.* Et Collegio Salmanticense de Pœnitentiâ *traç. 6. cap. 1. num. 16. cap. 5. num. 17.* ex *Cardena in Cris. Theolog. Dissert. 36. num. 1. & 2.* & ex *Antonio Volpi in suis Resolutionibus Moralibus resol. 46. num. 1.* & ex *Suarez in D. Thom. tom. 4. disp. 5. sect. 11. num. 4.* Querentibus autem quæ sit Attractio Naturalis, & quæ Supernaturalis? respondetur, quod hic est labor, hic est difficultas in eis explicandis; conveniunt enim omnes Theologi tam Scholastici, quam Moralizæ, quod Attractio naturalis non sufficit, quamvis cum Sacramento Pœnitentiæ ad remissionem peccatorum, recipiendam gratiam, & quod requiritur Attractio supernaturalis; ad omnes omittunt declarare ex professo, quæ, & qualis sit Attractio naturalis?

Igitur ad hanc intelligendam, observo, quod varia dixerunt, ut ait *Volpi d. resol. 46. à num. 1. & seqq.* Alii enim appellarunt Attractionem illam naturalem, quando quis dolet de peccatis ob finem turpem; puta si impudicus infirmetur ob nimium coitum, doleat de ipso, quia non potest iterum coire. Alii, quando quis dolet de aliquibus peccatis, non autem de omnibus. Alii, quando quis dolet de omnibus, sed absque proposito emendandi, ut faciunt meretricis, concubinarum, fœneratores. Verùm his parùm attentis, neque nomen Attractionis meretricibus, dicendum est, Attractionem naturalem eam esse, quando peccator dolet de patris criminibus ex solo motivo damni temporalis sive animæ, sive corporis, sive famæ, sive rerum, nulla habita elevatione mentis in Deum, quem offendit. Sint exempla. Lufor alearem perdidit magnam aureorum summam. Dolet, detestatur ludum, proponit non amplius ludere; at nihil cogitat de Deo, sed tantummodo de sua inopia. Puella adhæsit infidiosi suæ honestatis, promittenti eidem indeferentem manutentionem. Expleta libidine eam deserit: ipsa dolet de amissa virginitate; sed nil refledit ad Deum, immerfa cogitatione in proprium suum detrimentum. Ebriosus cupiebat fieri geffor negotiorum Viri nobilis, à quo recusatur ob ebrietatis vitium. Hoc ille detestatur, cur? quia non obtinuit administrationem. Civis Parisiensis blasphemus utroque labio privatus fuit candenti ferro, iussu Sancti Regis Ludovici, ut legitur in *Annalibus Odorici Raynaldi Anno 1267. num. 63.* Pissimus ac Christianissimus Rex Ludovicus XIV. ad Monomachiam à suo Regno ablegandam, sancivit, duellistas in furcam suspendi. Utriusque facinoris rei dolent, detestantur culpam, sed intuitu infamiae ex punitione resultantis. Hi omnes eliciunt actum Attractionis, sed attractionis naturalis, quia nihil in eorum cordibus de offensa Dei; ideo et si confiteantur præmissa crimina cum tali dolore, non iustificatur; esto etiam quod doleant ob turpitudinem, & sediditatem peccati, destruentis pulchritudinem moralis virtutis contrariæ, ut docent *Navar. in Manual. cap. 1. num. 24. Suarez d. tom. 4. disp. 20. sect. 4. num. 2.* *Filliucius traç. 6. cap. 7. numer. 179.* quos citat, & sequitur *Volpi d. resol. 46. num. 6.* subdens, etiam Gentiles sæpè eliciunt hujuscemodi actus attractionis solis viribus naturæ. Hinc est, quod omnes Theologi clamant, requiri ad obtinendam remissionem peccatorum, in Sacramento Pœnitentiæ, Attractionem supernaturalem; & asserere, quod sufficit naturalis Attractio, esse Pelagianismum, vel Sempelagianismum. *Mastrius d. disp. 5. in 4. Sent. num. 68.* Ratio manifesta est, quia peccator non potest redire ad gratiam iustificantem absque divinis auxiliis, juxta illud 2.

Cor. 3. 5. Non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, ut declarat Concilium Trid. sess. 6. cap. 5. Et quamvis auxilia sufficientia nulli à Deo denegentur, tamen auxilia efficacia, quæ sunt specialia dona Dei, non omnibus conceduntur; ut doctè demonstrat Eminentiss. *Cardin. de Lauræa in Opuscul. 3. de Gratia, seu Divinis auxiliis cap. 17. per tot.* Ubi in fine sciscitanti causam? respondet: *Qui hoc scire vult, interroget S. Paulum, qui respondebit, se quæque nescire, & dicit: O homo tu quis es, qui respondeas Deo? Quis consiliarius ejus fuit? O altitudo, &c. Quam incomprehensibilia sunt judicia ejus? Et de hac Attractione intelligendus venit Ivenius in *Commentar. Histor. Dogmat. de Sacram. Dissert. 6. quest. 4. cap. 2. in S. P. IV.* in quibus eam describit, & inutilem facit.*

Supernaturalis igitur Attractio necessaria est, ut cum Sacramento Pœnitentiæ peccator iustificetur, & obtineat remissionem peccatorum. Sed in quibus consistit hæc Supernaturalitas? Iterùm hic labor, hoc opus. Nihilominus, omnia distinctione Supernaturalitatis, quomodo facit *Mastrius d. tom. 4. in 4. Sent. disp. 5. num. 67.* quod alia fit quoad substantiam, & alia quo ad modum; itaut prima superet omnes vires naturæ, ut est visio beatifica, ad quam nihil potest contribuere natura humana; secunda verò admittit concurrere naturæ cum auxilio supernaturali, ut est refectio visus in cæco; aut vitæ in mortuo; dicendum venit, Attractionem supernaturalem illam esse, quæ incipit ex Dei auxilio, ac motione interna Spiritus Sancti; & respicit Deum, illumque habet pro objecto, etsi non tanquam ultimum finem super omnia diligendum; sed tanquam supremum Judicem, à cuius iustitia promanant punitiones, & damna in peccatores, sive in præsentem, sive in futura vita. Hæc duæ conditiones faciunt Attractionem supernaturalem. Prima conditio probatur auctoritate, & exemplis. Auctoritas habetur in Concilio Tridentino *sess. 6. Can. 3.* ubi ita sanctum fuit: *Si quis dixerit sine Spiritu Sancti inspiratione, & eius adiutorio hominem credere, sperare, diligere, aut POENITERE posse, sicut oportet, ut ei iustificationis gratia conferatur, Anathema sit.* *Ly sic oportet* denotat, dari Attractionem naturalem, ex solis viribus naturæ, sed insufficientem, quia cum non sit ex adiutorio Divino, peccator non poenitet, sicut oportet, ad obtinendam remissionem culpæ. Exemplum est in Apostolo Petro, qui tempore Passionis Christi illum negavit; nam primùm Christus respexit Petrum, & hic postea doluit, & flevit amarè; undè ait S. Jo. Chrysostomus *super. 2. Tim. 2.* *Et quis hoc dat è nisi qui respexit Petrum negantem, & fecit fletum?* Quod prosequitur *Mastrius d. disp. 5. num. 70.*

Secunda conditio, ut Attractio sit supernaturalis, est, quod respiciat Deum saltem virtualiter, etsi principaliter doleat de peccatis ob metum pœnarum; exemplo Ninivitarum, qui audientes Jonam Prophetam prædicantem, & clamantem, *Adhuc quadragesima dies, & Ninive subvertetur.* *Joan. 3. 4.* pœnitentiam agere ceperunt ob timorem subversionis, Deum tamen considerantes; undè Rex Ninivitarum aiebat: *Quis scit, si convertatur, & ignoscet Deus?* Et attenda hac secunda conditione hominem attritum sufficienter disposi ad recipiendam gratiam in Sacramento docet *Præpositus in 3. part. D. Thomæ quest. 76. art. 2. dub. 1. num. 71.* & alii, quos allegat *Diana Coordinatus tom. 1. traç. 3. resol. 107. num. 4. & resol. 108. num. 2.* novissimè *Gobatus in Theolog. Experiment. d. traç. 6. num. 47. & 48.* omnino videndus. Eminentiss. *Cardin. de Lugo de Pœnit. disp. 5. sect. 9.* *Cardin. de Lauræa disp. 9. art. 4.* *Mastrius d. disp. 5. num. 171.* Neque est audiendus *Ivenius Dissert. 6. quest. 4. cap. 2. art. 3.* dicens,

hanc secundam conditionem non facere attractionem supernaturalem; dicit enim quod etiam *Dæmones* dolent de eorum peccato, quod est falsissimum. Quo ad Tertium: Attractio supernaturalis sic definitur: *Est actus hominis peccatoris, Deo auxiliante dolentis, odientis, ac detestantis peccatum, vel ob ejus turpitudinem, vel ob metum gehennæ, vel aliarum pœnarum, cum aliquo respectu ad Deum offensum, cum proposito se emendandi; & cum spe veniæ, sufficiens in Sacramento Pœnitentiæ ad remissionem peccatorum obtinendam.* Singula verba breviter percurramus, ea declarando, ad majorem materiam intelligentiam. Dicitur *Actus hominis* tamquam genus, nam proprium est voluntatis humanæ elicere quoscunque actus, aut prosecutionis, qui à Philosophis vocantur *Velle*; aut aversionis, seu fugæ, qui ab iisdem nominantur *Nolle*; & sunt duplicis qualitatis, videlicet *Velle*, vel amicitia, vel concupiscentiæ; & *Nolle*, vel abominatiõis, vel inimicitia, quorum terminorum hic est sensus, quod homo amat amicum vel propter solum ejus bonum; quæ est vera amicitia; vel ob aliquam propriam utilitatem; quæ non est amicitia vera, sed interesse. Item vel abominatur malum amici, quem sincerè diligit, aut illum odio habet, & intendit ipsum offendere, ac ex eo vindictam sumere; ut latius dixerit *Mastrius* in *Commentario Philosophiæ libro de Anima disp. 7. quest. 5. num. 176. & seqq.* ubi plures alios actus humanæ voluntatis declarat.

Dicitur *Homini peccatoris*; quia in Christo, in Deipara, & in aliis sanctificatis in quibus non fuit peccatum, non potuit esse dolor de peccato proprio; etsi dolerent de peccatis alienis, ut probat Eminentiss. *Cardin. de Lauræa de Pœnit. disp. 4. art. 4. per tot.* & diximus supra *Decif. 1. num. 6.* Dicitur *Deo auxiliante*, quia vires naturales non sufficient, sed opus est dono Dei, & impulsu Spiritus Sancti, ut ait *Concil. Trid. sess. 14. cap. 4.* & definit *sess. 6. Can. 3.* Dicitur *dolentis*, quia in Attractione necessarius est dolor, prout in Contritione, hoc excepto, quod dolor in contritione est ob motivum amoris Dei summe dilecti; in attractione ob motivum timoris Dei respectu pœnarum, qui in substantia est idem dolor, & eadem diffidentia in anima, ut advertit Eminentiss. *Cardin. de Lauræa ubi supra disp. 9. num. 11.* & docet *Reginald. in Praxi tom. 1. lib. 5. num. 68.* Dicitur *odientis, ac detestantis*, eadem scilicet forma, qua peccator contritus detestatur peccata commissa, & vellet illa non commisisse; alioquin, si dolor esset sine detestatione culpæ, & odio earundem, esset similis dolori dæmonum, ac damnatorum, qui quidem dolent, sed illa non detestantur, neque odio habent. *Reginald. d. lib. 5. num. 70.* prout illa non detestatur *Rex Antiochus*, de quo 2. *Machab. 9. 12.* *Orabat autem hic scelestus Dominum, à quo non esset misericordiam consecutus*, quia, ut ait *Salian. ad Ann. M. 389. num. 11.* non ob dolorem peccati orabat, sed ob dolores corporis; idcirco ad remissionem culpæ necessarius est dolor de peccatis. Collegium Salmanticense. *d. tom. 4. de Sacramento Pœnitentiæ traç. 6. cap. 1. num. 16.* Et sicut poenitens contritus detestatur peccatum super omnia, non intensivè, sed appetitivè; ita illud debet detestari poenitens attritus, idest appetitivè super omnia, aliàs non esset sufficiens dispositio ad gratiam, quamvis cum Sacramento; quia non esset vera aversio à peccato, & sufficiens conversio ad Deum, si magis appetiret aliud malum, quam peccatum; vel aliud bonum, quam Deum. *Mastrius in 4. Sentent. d. disp. 5. n. 161.* Dicitur *vel ob ejus turpitudinem*; quæ quidem turpitudinem, & sediditatem peccati duplici de causa potest considerari à poenitente attrito; vel quia peccatum est contra aliquam virtutem moralem, ut fur-

tum contra iustitiam, fornicatio contra honestatem, ebrietas contra temperantiam; vel quia peccatum opponitur alicui perfectioni divinæ supernaturaliter cognitæ, qualis est immensitas Dei, beneficentia, omnipotentia, & similes, quibus per peccatum opponitur irreverentia, ingratitude, inobediencia. Ideò, quamvis *Card. de Lugo de Pœnitentiâ disp. 5. sect. 9.* velit, quod turpitudinem peccati debeat considerari à poenitente attrito in hac secunda acceptione, ut sic sufficiens ad recipiendam gratiam in Sacramento; ab eo tamen dissentiant Eminent. *Card. de Lauræa d. disp. 9. art. 3. §. 12.* & *Mastrius d. disp. 5. num. 143.* docentes, & defendentes, quod sufficit, si factitas, & turpitudinem peccati consideretur à Christiano attrito tamquam opposita alicui virtuti morali, per divinam legem præceptæ, & per fidem revelatæ; & ratione, quia Concilium Tridentinum *d. sess. 14. cap. 4.* non se restringit ad illas peccati turpitudines tantum, quæ opponuntur alicui perfectioni divinæ supernaturaliter notæ; sed loquitur indefinitè de peccati turpitudine, ut opponitur cuicumque virtuti, excepta charitate. Ratio rationis est, quia omnes virtutes sunt à Deo revelatæ per fidem, & ab ipso ordinatæ tamquam media idonea ad salutem; unde peccatum contra illas est mediatur contra Deum legislatorem, & finem supernaturalem; & sine attritio concepta ex turpitudine peccati opposita iisdem virtutibus, est vera, & salutaris, ac sufficiens cum Sacramento ad justificationem; ut etiam animadvertit *Averla de Pœnit. quest. 2. sect. 14.* & *Suarez eod. traç. disp. 5. sect. 3.* Dicitur *ob metum gehennæ*, quia peccatores solent poenitere, & actum attractionis elicere, vel ob deformitatem peccati, ut dicitur est; vel quia eisdem peccatoribus causat aliquod malum, & præcipue condemnationem ad ignem æternum; & per consequens amissionem alicujus notabilis boni, cujus supremum est beatitudo æterna. Igitur hic timor gehennæ est motivum sufficiens disponendi peccatorem ad recipiendam gratiam cum Sacramento Pœnitentiæ; quia etsi non ex charitate, & immediate se convertat ad Deum, dolendo de ejus offensa, mediatur tamen ingreditur hanc conversionem; reflectendo enim ad pœnas inferni considerat ipsum Deum Judicem supremum, à cuius iustitia statuta sunt pœnæ infernales in vindictam peccati mortalis, de quo propterea dolet, tamquam opposito, & offensivo ipsius Dei; ut latè declarat cæteris clariss. *Mastrius d. disp. 9. num. 137. in 4. Sentent. tom. 4.* Dicitur *aut aliarum pœnarum*, scilicet tantum alienæ vitæ, quales sunt pœnæ Purgatorii, quæ vitæ præsentis, verbi gratia pestis, famis, belli, carceris, vel aliteris damni. *DD.* quos citat, & sequitur *Diana Coordinatus tom. 1. traç. 3. resol. 95. §. 5. & resol. 108. §. 2.* *Volpi in resol. Moral. resol. 42. num. 11.* Neque obstat, quod qui attritus ex timore pœnarum videatur magis odisse pœnam, quam culpam, quod turpe est, & inordinatum; & virtualiter censetur habere propositum contrinendi in peccatis, nam timor pœnarum non est conditio, sine qua non dolet; sed est motivum, quod dolet, & detestatur culpam absolutè, & efficaciter; & includit virtualiter propositum amplius non peccandi. *Mastrius d. disp. 5. num. 139.* Dicitur *respectu Dei offensivi*. Quia, ut supra dictum est, ex communi observatione recentiorum Theologorum, ut Attritio, & dolor peccati proveniens ob timorem pœnarum disponat peccatorem ad recipiendam gratiam cum Sacramento Pœnitentiæ, debet aliquo modo respicere ad Deum, & considerate illum vindicem peccatorum; quod quidem fit per lumen fidei, quod illuminat homo ad credendum, quod à Deo sunt infligatæ, & statuta pœnæ contra peccatores, juxta illud *Psalm. 10. 7. Plus super peccatores laqueos, ignis, & sulphur*, scilicet in inferno (& spiritus procellarum, idest in hac vita)

pars culicis eorum. Et idem non sufficit considerare peccata temporalia solummodo, ut malum humanum, vel infirmitas, seu infirmitas à Iudice tamquam puro homine; sed cum aliqua reflexione ad Deum, cuius Minister est Iudex temporalis, ut docent A-belly tom. 2. cap. 5. sect. 8. Tamburin. *Opusc. de Confessione cap. 1. §. 6. n. 56.* & alii cumulatim, & laudati à Diana Coordinato d. tom. 1. traç. 3. resol. 107. §. 4. & §. 8. Novissimè Cardenas in *Cristi Theolog. Dissert. 2. cap. 6. n. 70.* Dicitur *Cum proposito amplius non peccandi*; nam tale propositum requiritur de necessitate à Concilio Trid. d. sess. 14. cap. 4. ad validitatem Attritionis, ibi: *Si voluntatem peccandi excludas*; scilicet tam de præsentis, quam de futuro, ut bene notat Emin. Card. de Lauræa d. disp. 9. art. 3. §. 8. Sed utrùm hoc propositum debeat esse formale, & explicitum? an verò sufficiat implicitum, & virtuale in dolore, & desperatione culpam? attendatur ea, quæ diximus supra de proposito in contritione Decif. XIII. num. 17. non est enim in hoc differentia inter Contritionem, & Attritionem, ut à notat etiam Summa Diana *Verb. Attritio num. 9.* Dicitur in definitione *Cum spe veniæ*; nam, prout dictum est supra de contritione, oportet, ut peccator attritus speret veniam à Deo, illamque petat à Misericordia Divina; nihil enim valeret timor gehennæ, aut Iudicis æterni, quando peccator desperaret remissionem suarum iniquitatum. Reginald. d. lib. 5. num. 73. ubi dat exemplum Felicis Præsidis Judææ, de quo Act. 24. coram quo, & Drusilla uxore sua, disputante Apostolo Paulo de iustitia, & castitate, & de futuro iudicio, tremefactus Felix respondit: *Quod nunc attinet vade, tempore autem opportuno accersam te.* Ingressus enim horror, timor, & tremor in cordibus eorum peccatorum jugalium; à adeo enormia erant eorum peccata, ut de venia spem non haberent. Drusilla erat filia Herodis Agrippæ, à quo occisus Jacobus Apostolus, & detrusus Petrus in carcere. Pulcherrima inter mulieres Hebræas nupti Epiphani filio Antiochi Regis Commagenæ gentili cum pacto, ut se circumcideret; sed deinde id reculavit, unde Drusilla diverit ab ipso, & nupti iterum Azizo Regi Emesenorum circumcisiō. At sollicita ab eodem Præside Felice, ejus amore captio, cum illo tertias nuptias contraxit, à Judaica paterna religione deficiens. Utrumque Apostolus Paulus redarguit de iustitia, & castitate, & de futuro iudicio; nam uterque, Felix scilicet, & Drusilla pluribus erant maculati injustitiis, ac extortionibus, nec non luxuriis, & adulteriis; & quamvis tremuissent, audientes Apostolum loquentem de futuro iudicio, inutilis fuit illorum tremor, & timor; quia spem non habebant veniæ. Reginald. d. lib. 5. num. 72. Tirinus in *Act. Apost. cap. 24.* Cornelius à Lapide *ibid.* & Menochius in *eund. traç. lib. 3. c. 7.* Additur in definitione: *Sufficiens in Sacramento Pœnitentiæ ad remissionem peccatorum obtinendam*, videlicet ipsa Attritio seu actus Attritionis, circa quem effectum ejusdem Attritionis remittendi peccata in Sacramento notandæ, & explodendæ sunt tres opiniones Theologorum veterum, qui contrarium autumabant, relatæ à Cardena in *Cristi Theologica traç. 6. de Sac. Pœnit. disp. 49. c. 1. & 2.*

Prima opinio erat, Attritionem nunquam sufficere, neque cum Sacramento, ad justificationem; sed requirit contritionem. Ita DD. undecim apud Suarezium *tom. 4. in 3. part. D. Thome disp. 20. n. 1.* & 3. Horum assertorem refellit Concilium Trid. d. sess. 14. cap. 4. ubi decrevit, quod Attritio, *quamvis sine Sacramento Pœnitentiæ impetrandam disponit.* Quare omnes Neoterici absque ulla hæsitacione ita tenent, Lessius in *addit. D. Thome quest. 1. dub. 1.* Reginald. d. lib. 5. n. 73. Emin. Card. de Lugo

de *Pœnit. disp. 5. n. 133.* & de Lauræa *cod. traç. disp. 9. n. 146.* Magistrus in *4. Sent. d. disp. 5. n. 170.* Et in *Theol. Mor. disp. 21. n. 43.* Gobat d. *traç. 6. num. 48.* nec non Diana Coordinatus d. *tom. 1. traç. 3. resol. 107. §. 108.* Et omnes Moralistæ, nullo excepto, ita ut mirum sit, quod non Ivenim reassumat, ac defendat dictam primam opinionem in *d. Dissert. 6. q. 4. cap. 2. art. 3.*

Secunda opinio erat, catenus valere Attritionem cum Sacramento ad justificationem, quatenus peccator putaret eam esse contritionem; & secus si cognosceret illam esse Attritionem. Ita asserunt DD. quos notat Cardenas d. *disp. 49. cap. 1. num. 2.* Sed hæc quoque opinio rejicitur communi calculo DD. quos recenset Suarez d. *disp. 20. sect. 1. num. 9.* & moderni mox allegati, præcipue Gobat d. *traç. 6. num. 50.* & Magistrus in *4. Sent. d. disp. 5. num. 170.*

Tertia tandem erit opinio, quod saltem in articulo mortis non sufficiat Attritio quamvis cum Sacramento Pœnitentiæ; sed contents peccata sua in eo articulo sit obligatus elicere actum contritionis. Hujus opinionis defensorem facit Garamuelem Cardenas d. *disp. 49. cap. 2. num. 5.* & sequ. ea ratione, quia debet homo tunc temporis consulere suæ salutis æternæ pro opinionem magis probabilem, quæ est hæc de Contritione, relicta minus probabili, quæ reputatur illa de Attritione. Nihilominus sperandam esse hanc opinionem tamquam non veram ait Cardenas *ibid. cap. 3. §. 4. num. 23.* quia indubitabile est, stante definitione Concilii Tridentini, quod sola Attritio sufficit ad recipiendam gratiam in Sacramento Pœnitentiæ, etiam in moribundis; & idem demonstrat in *Cristi super Propositionibus damnatis Dissert. 2. cap. 6. num. 61.* cui adimplentur Card. de Lugo ubi supra *disp. 7. sect. 13.* Mendezius in *Luce fidei lib. 12. cap. 11. n. 6.* & Gobat d. *traç. 6. num. 51. 52.* & §. 53. ubi tamen subdit, laudandos esse Confessarios, qui excitant peccatores in articulo mortis ad actum Contritionis; quod ego intelligerem ob præceptum charitatis in Deum, eo tempore persolvendum, non ob dubium validitatis Sacramenti Pœnitentiæ cum Attritione suscepti.

Quo ad Quartum, Si querimus differentias inter Contritionem, & Attritionem? Sciendum est, plures plura dicere, nempe in eo differre, quod Attritio sit dolor minus intensus, vel minor durationis, quam sit Contritio; vel quod non delectat de omnibus mortalibus peccatis, vel non habeat firmum propositum non peccandi, sicut Contritio. Sed hæc sunt nugæ: nam in his omnibus conveniunt Contritio, & Attritio, ut probat Emin. Card. de Lauræa d. *disp. 9. de Pœnit. art. 3. per plures §. §.* Igitur in duobus tantum differunt inter se Attritio, & Contritio. Unum est, quod Contritio est dolor de peccatis propter Amorem Dei; Attritio verò est dolor ob timorem penarum. Alterum est, quod Contritio de per se justificat peccatores, & remittit ejus peccata cum solo voto confitendi. Attritio verò absque Sacramento Pœnitentiæ realiter suscepto non delet peccata. Ita Magistrus in *4. Sent. d. disp. 5. num. 166.* & in sua Theologia Morali d. *traç. 6. disp. 21. num. 43.* Gobat in *Theol. Experim. d. traç. 7. num. 55.* Volpi *refol. 44. num. 7.* & Collegium Salmantic. d. *traç. 6. de Pœnit. cap. 1. num. 17.*

Quo ad Ultimam, An Attritio possit fieri Contritio? Distingueda est Attritio, de qua loquuntur moderni post Concilium Trid., ab Attritione de qua loquebantur DD. Antiqui ante Concilium. Antiqui vocabant Attritionem dolorem perfectum de peccatis ob amorem Dei usque ad punctum, & instantis temporis, in quo Deus infundeat gratiam justificantem in anima ita dolente; in actu verò infusions gratiæ, non amplius vocabant dolorem illius Attritionem, sed Contritionem; & in hoc sensu dici potest, quod Attritio

tritio potest fieri Contritio: At in sensu, in quo moderni nominant Attritionem, nempe dolorem procedentem ob timorem penarum, nunquam Attritio potest fieri Contritio; sed tanquam modo dici potest, quod peccator attritus virtute Sacramenti fit contritus. Attritio non fit Contritio, quia substantia Contritionis consistit in motivo dolendi ob amorem Dei, Attritionis verò natura in dolore ob timorem; & hæc natura, & hoc motivum non mutatur per infusionem gratiæ justificantis in Sacramento. Porro quia per abolitionem Sacramentalium attritus obtinet eandem gratiam, & eundem effectum, quem consequitur ante abolitionem peccator contritus; hinc est, quod verè dicitur, attritum fieri contritum virtute Sacramenti. Ita Emin. Card. de Lauræa d. *disp. 9. art. 3.* Magistrus in *4. Sent. d. disp. 5. num. 168.* & in Theologia Morali d. *disp. 21. num. 44.* & §. 45.

Nisi dicere velimus, quod Attritio nempe dolere imperfectus ob timorem penarum, quamvis talis sit ab initio, paulo post fiat Contritio; quia mutat timor in Amorem; & Amor succedit timori ex consideratione, quam facit penitentis excellentiæ, ac amabilitatis Dei ab ipso offensus. Dat exemplum S. Augustinus de Seta; (vulgò *Setola*, qua utuntur calcatorii, & calcatorum futores in iis suis) in *cap. Sicut seta, de Pœnit. dist. 2.* dicens, quod sicut seta introducitur linum, vel acus filum, ita timor inducit charitatem; non enim stat simul in calce, vel in veste, seta, seu acus, & linum, hoc est filum; siquidem ingreditur primum seta, vel acus, & eaque, vel illo excurrunt intrat linum, vel filum. Ita in homine attritus intrat in cor ejus timor penarum; qui discedit, cedendo locum charitati, & amoris erga Deum; & sic dum intrat charitas erga Deum in cor hominis penitentis Attritio fit Contritio. Et hoc est, quod docuit Viguierus de *Sacram. Pœnit. cap. 16.* pluribus annis ante Concilium Tridentinum, scilicet: *Postquam aliquis fuit Attritus fit Contritus, Attritione deficiente esse propter aliud principium, sive obiectum superveniens, quod est timor filialis, vel Deum summe dilectus.* Et dat hanc similitudinem, sicut ex mane fit meridies, recedentibus videlicet tenebris, & tenuiori luce Aurora ex crepusculo; succedens timori figurato in exili Aurora lumine. Et hæc satis sint de Attritione, & de prima parte materiæ proximæ Sacramenti Pœnitentiæ.

DECISIO XV.

ARGUMENTUM.

Differit de variis significationibus hujus vocis Confessione. Et de illa generali, qua incipit *Confiteor*. Exponitur triplex Confessio hominis, idest Commercialis, Forensis, & Sacramentalis. De differentia vocis humanæ, & brutorum. Definitio Confessionis Sacramentalis, & ejus copiosa declaratio. Catechumeni an teneantur præcepto Confessionis? Lepida Confessio cuiusdam mulierculæ. An liceat confiteri peccata non Voce, sed Scriptura? Plura alia quæstia curiosa, sed scitu necessaria Confessariis. De eorum tam Sæcularium, quam Regularium approbatione. Quod simplices Sacerdotes non possunt absolvere à Venialibus ex Decreto Innocentii XI.

SUMMARIUM.

1. Confessio. Plures hujus vocis significationes.
2. Ethiope non recitant Confiteor in principio Missæ.

3. Confiteor in Missa dicebatur etiam in primitiva Ecclesia.
4. Moriales in Confiteor non possunt dicere, *Et Tibi Mater, neque vobis Sorores.* Et Cur?
5. Confiteor quando non dicatur in administratione Eucharistiæ?
6. Confiteor, *Ecce.* quid prosit?
7. Attritio extra Sacramentum Pœnitentiæ an delect venialia?
8. Homini tantum est loqui, non etiam brutorum.
9. Confessio Forensis quæ, *Et quotuplex sit?* Et quando faciat plenam probationem?
10. Confessio Sacramentalis quid sit?
11. Confitendi peccata methodi, aut formulæ damnandæ.
12. Obiurgatio Confessarii rigorosi facta à P. Daniele Bartoli.
13. Confessio Sacramentalis debet esse voluntaria.
14. Plebes non sua, sed aliorum peccata confitentur.
15. Confessio Sacramentalis instituta à Christo Domino.
16. Catechumeni an teneantur confiteri peccata sua?
17. Dolore deficiente Confessio est nulla, & invalida.
18. Infirmi magis dolent de infirmitate, quam de peccatis.
19. Historica narrationes in Confessione evitandæ.
20. Caroli Casalicchi lepida relatio de Muliere historice consueti.
21. Vocalis debet esse Confessio. Num per sedebam?
22. Laico an constitutum, deficiente Sacerdote?
23. Interpretari an quis cogatur adhibere in Confessione?
24. Scribenda in papyro peccata an à debili memoria?
25. Papyrus cum peccatis pro Confessione reperiens ad quid teneatur?
26. Litteris non potest absens confiteri. Exceptio quedam.
27. Sacerdotes non approbati ab Ordinariis, Confessiones non audiunt.
28. Approbatio in quibus consistat? Et à quibus danda?
29. Regularium Confessiones à quo audiendæ?
30. Venialia non absolventur à Sacerdotibus non approbati.
31. Signillum Confessionis indispensabile.
32. Conditiones Confessionis Sacramentalis, quæ, *Et quales?*
33. Circumstantiæ peccatorum quæ explicandæ? *Et quæ non?*
34. Claves Ecclesiæ quæ, *Et quales sint?*
35. Forma Sacramenti Pœnitentiæ, quanam sit?
36. Reservatio Casuum necessaria.
37. Reservatio cessat in articulo mortis.

Post primam partem materiæ Sacramenti Pœnitentiæ, quam hucusque explicavimus, scilicet dolorem in penitente, sive perfectum, qui vocatur Contritio, sive imperfectum, qui dicitur Attritio, sequitur secunda pars ejusdem materiæ, nempe Confessio; quæ quidem Vox plures habet significationes. Primò enim Confessio significat gratiarum actionem, quæ fit Deo pro ejus beneficentiis, de qua frequenter David in Psalmis, juxta hortationem illam: *Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in seculo Misericordia ejus.* Psalm. 125. 1. & quod ait Christus Dominus Matth. 11. 25. *Confiteor tibi Pater, Dominus Cæli, & terre.* Secundò denotat professionem fidei Catholicæ coram Tyrannis, de qua Matth. 10. 32. *Qui me confessus fuerit coram dominibus, confitebor & ego cum coram Patre meo.* Et Apostolus ad Rom. 10. *Corde creditur ad justitiam, ore autem*